



LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,
vota Fratris Nostri Dominici Battaglia,
Archiepiscopi Metropolitae Neapolitani,
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu
multorumque christifidelium explentes,
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,
auctoritate Nostra Apostolica
facultatem facimus, ut Venerabilis Serva Dei

MARIA LAURENTIA LONGO,

Fundatrix Valetudinarii Insanabilium Neapoli
et Ordinis Sanctae Clarae Capuccinarum,
quae, divina gratia ardentique orationis vita incitata,
corporis et spiritus necessitatibus indigentium ac dolentium
magnanimiter subvenit,

Beatae nomine in posterum appelletur
atque die vicesima prima mensis Octobris
quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, Laterani, die vicesimo primo mensis Septembris, anno Domini
bismillesimo vicesimo primo, Pontificatus Nostri nono.

Franciscus